

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CXII. Monotoniam, continuum clamorem, perpetuum murmur, vocem querulam
& cantillationes sedulò fugiat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

CXII.

Monotoniam, continuum clamorem, perpetuum murmur, vocem querulam & cantillationes sedulo fugiat.

Ἐξήγησις.

IN Concione sedulo cavenda vox μονότονος, seu unius tenoris vel soni, quā omnis orationi vita & motus adimitur, & auditoribus tædium & torpor inducitur. Sanè Concionator, qui dictionem suam uno ac eodem vocis sono & tenore, quo est orsus, ad finem perducit, molestus est Auditorio atque ingratus, & ad meliores animi motus concitandos neutiquam idoneus. Vitandus quoque in Oratione continuus clamor, quem raucedo plerumque sequitur, & quo tam Auditor, quam Orator ante finem defatigatur. Horrida & insana clamoritas tam auditoribus ingrata, & attentioni inimica est, quam Oratori, ratione ingenii, memorie, pulmonis & omnium viscerum est periculosissima, cum hernia, phthisis, vertigo & alia mala innumerata plerumque nimiam illam clamorositatem sequantur, ut rectè docet Dn. D. Olearius Orat. Eccles. Lib. I. cap. 3. pag. 418. Sape intempestivi

Te

cla-

*clamores in aërem jaciuntur, & dum auribus obstreperunt, corda obtundunt, inquit Car. Regius Orat. Chr. Lib. VII. cap. 4. pag. 291. Tales clamorosi Oratores sono quidē loca replent, voces verò articulatē & distinctē percipiēdas auribus auditorum non immittunt. Lutherus vocat eos Zahnbrecher / Marckschreyer / unter denen der beste / der die andern überschreyet / item, grosse Schreyer / die der Nöbel gerne höret, welche die Ohren füllen können / vide Lutherum in cap. XV. 1. Cor. Tom. VI. Jenens. Germ. fol. 220. Cornelius Burgensis Monachus, tantā vociferabatur vehementiā, ut Canes territi eum interdum allatrarent. Videatur Meteoranus Lib. VIII. jubet quidem Deus Es. LVIII. 1. Prophetam *clamare pleno guttore & inflat Tuba vocem suam extollere.* Ipse quoque modestissimus Dominus inter docendam sapius clammasse fertur, ast uti non decet esse clamosum, h. e. clamoribus continuis obstreperere, sic oportet pro re natā, suo loco & tempore, interdum vocem attollere, & auditorem intento clamore percellere & quasi lethargo oppressum, à pestifero sopore excitare. Imò metaphora ista apud Esaiam non tam stentoreum clamorem, quā intrepidum & animosum evendam Zelum requirit. Ne scil. frigidē,*

sed

sed decenti cum gravitate, ardore serio & animosa contentione sermones suos Propheta habeat. Inprimis vox temperanda est pro loci, in quo concio habetur, amplitudine vel angustia: Spatiosum templum & major auditorum in illo frequentia, *μεγαλοφωνία* quādam & vocis intensionem postulant, parvum verò templum, minorq; in eo auditorum frequentia, vocem submissiorem svadent. Murmur quoq; perpetuū cavendum. Quidam, praesertim Introitū & praenescin ad preces vel sibilant, vel tam submisso murmure proferunt, ut eos audire vel intelligere vix quisquam possit. Quidā gemitibus, sreatibus, assumptis sonis, pro-verbis, oculis aut particulis, crebro usu subinde praeter voluntatem immixtis & repetitis, aut alio quodam, sive naturali sive adscititio vitio, deformem reddunt concionem. Sunt qui lamentabilem aut querulam vocem assumunt, & quasi cum perpetuā quādam querimonia omnia proferunt. Alii perpetuo cantillant, alii intempestivē silent &c. Fugienda haec omnia in pronuntiatione. Inprimis intempestivae exclamations, lamentationes, cantillationes, primarū Syllabarū dictionis elevationes & ultimarum depressiones, maximē omnium ultimarū syllabarum & vocum resorptiones aut

T t 2

decure

decurtationes. Articulate vox sit, ut omnes syllabæ distinctè audiantur, nullæ absorbeantur. Præcipua vitia, quæ in Pronunciatione committuntur, recenset B. *Hannius* in *Metli. Conc.* col. 1038. his verbis; *Solent*, inquit, *nonnulli Stentoreâ plane voce suas ad populum conciones declamare, continuis admodum vociferationibus & injucundo boatu templa replentes; alii vero uno quodam perpetuo sono ac tenore utuntur; quidam peculiare habent in pronunciatione accentus monasticos, & suas conciones propè canunt. Sunt, qui cum sedatè reliqua pronuncient, nihilominus interdum in aliquâ voce, quæ nullam præ cæteris peculiarem emphasim habet, nec vocis aliquam contentionem requirit, magno clamore subito assurgant, moxque rursum vocem dimittant: nonnulli nimis celerè pronunciatione verba mirum in modum precipitant; alii quædam petulicaria habent vitia, quibus gravitas actionis nonnihil deformari solet. Hæc ille.* Quilibet etiam, quantum potest, curare debet, ut emendet pronunciationem vulgarem, seu idionismum regionis & patriæ, cum aliquid vitii habet. Ad vigilet quoque Concionator, ne vocem supra naturæ vires indendat. Violenta enim vox aures offendit & ipse non poterit in dicendo diu perdurare. Qui exilem ac lenem admodum, submissamque à naturâ habet vocem, eam exercitatione